



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

246. De fornicatione diversarum personarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 303
conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro
quod non possit coire cum eo, si potest probare
per justum judicium quod verum sit, accipiat
alium.

De eadem re. *Ex Concilio ad Vermeriam
temporibus Pippini Regis,
cap. xvii.*

CCXLIII. Si qua mulier se proclamá- Concil. Ver-
verit quod vir suus nunquam cum ea coisset, mer. c. 17.
Burchard. lib.
exeat inde ad crucem; & si verum fuerit, se 9. c. 41.
parentur, & illa faciat quod vult.

De eadem re.

CCXLIV. Si quis accepit uxorem, & Concil. Com-
habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina pend. c. 17.
Burchard. lib.
dicat quod non coisset cum ea, & ille vir dicit 9. c. 42.
quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia
vir caput est mulieris.

De eadem re. *Ex Concilio Triburensi.*

CCXLV. Si duxerit vir uxorem, & con- Concil. Tri-
cumbere cum ea non valens, frater ejus clan- bur. c. 41.
culò eam vitiaverit, & gravidam reddiderit,
separentur. Considerata autem imbecillitate,
misericordia eis impertiatur ad conjugium,
tantum in Domino.

De fornicatione diversarum personarum.
*Ex Pénitentiali Romano, Theodori Epis-
copi, & Bedæ Presbyteri.*

CCXLVI. Adolescens si cum virginе
peccaverit, annum pœniteat.
Si semel & fortuito casu, levigetur ei pœni-

304 REGINONIS LIB. II.
tentia , & tantum usque ad annum plenum
pœniteat.

Si infra triginta annos adolescens fornicationem faciat, tres quadragesimas & legitimas ferias.

Si propter hoc peccatum servitio humano addicti sunt, quadraginta dies pœniteant.

Si uxoratus cum virgine fornicatus fuerit, duos annos pœniteat, ita primum omnium, ut à sua se contineat. Si ei consenserit, uxori etiam addatur modus pœnitentiæ.

Si laicus cum laica fornicatus fuerit, tres annos pœniteat ; & quanto sèpius, tanto magis tempus addatur.

Laicus maculans se cum ancilla Dei, duos annos pœniteat. Si genuerit ex ea filium, annos tres pœniteat. Si sine conjugio est, tres quadragesimas & legitimas ferias. Si Canonicci sunt & fornicantur, annum unum; si frequenter, duos.

Qui in gradu est, annos tres pœniteat. Monachus sine gradu, vel Canonicus gradum habens, si cum puella laica fornicati sunt, annos tres pœniteant. Si cum sanctimoniali, annos septem pœniteant. Monachi cum gradu fornicationem facientes, septem annos pœniteant. Si monachus laicam duxerit, tres annos pœniteat, illa duos & legitimas ferias. Si usque ad generationem filij, quatuor annos pœniteat. Si occiderit, septem annos pœniteat.

Si Episcopus fornicatus fuerit, octo annos pœniteat. Alij judicaverunt duodecim annorum pœnitentiam. Post annum tertium levius pœniteat.

Presbyter

D E E C C L E S . D I S C I P L I N I S . 305

Presbyter cum puella fornicans , annos quatuor & tres quadragesimas in anno , & ferias quartam & sextam in pane & aqua. Si cum ancilla Dei fornicatus fuerit , septem annos pœnitentia.

Episcopus , Presbyter , & Diaconus , si in fornicatione , perjurio , vel furto captus est , deponatur; non tamen communione privetur ; quia non vindicat Dominus bis in idipsum .

[Ex canone x x v . Apostolorum .]

Item de incestis .

CCXLVII. Si adolescens sororem suam duxerit , quinque annos pœnitentia. Si matrem , septem annos. Et quandiu vixerit , nunquam

Burchard.lib.
17.C.39.

* Leg. pœni-
tentia.

Item alij .

Qui cum matre fornicatus fuerit , quindecim annos pœnitentia.

Qui cum filia vel sorore fornicatus fuerit , ab omni carne se abstineat , & quindecim annos pœnitentia.

Si mater cum filio suo parvulo fornicata fuerit , tres annos abstineat se à carne , & diem unum in unaquaque hebdomada jejunet usque ad vesperam .

I T E M .

Qui habet matrem & filiam , duas sorores , uxorem patris & fratri , patruelis aut avunculi , neptem aut consobrinam , aut qui in prima , secunda , vel tertia generatione juncti sunt , istis volumus indicare ut separantur . Et prop-

V